

## Aduertencias para

Dominicū docet. Modo accipiatur ad implem-  
dum præceptum, modo non. Vnde tam perci-  
piens quām administrans hoc Sacramētū pri-  
mo die Resurrectionis absq; licentia ex pres-  
sa, vel tacita, aut priuilegio speciali, peccat  
mortaliter, siue fiat ex deuotione: siue ad im-  
plendum præcepsum. Quod patet ex prædic-  
tis Pontificibus excipientibus diem Pascha-  
tis, his verbis: Præterquām in die Paschatis,  
seu in die Resurrectionis. Quem multi se-  
quuntur Doctores, & præcipue Pater Ilde-  
phonsus de Noreña, & Pater Magister à Vera  
cruce in suis Compendiis. ver. Communica-  
re, notabili primo. Et quod sic declarari possit,  
dicunt probari per priuilegium Pauli. 4. qui  
nobis cōcessit ōnia priuilegia cōcessa vel con-  
cedēda, iuxta fauorabilitatē illorū interpretati-  
onē intelligēda esse. Dicunt deinde quod fide-  
les suscipientes Eucharistiā à Fratribus excep-  
to die Dominico adimplēt præcepit cōmuni-  
onis Paschalī modo sit in Hebdomada Sācta,  
modo in Hebdomada Paschæ, ut tenet Narar-  
rus. cap. citato. nu. 45. iuxta præallegatā Euge-  
niī. 4. concessionē. Et hoc concessit Pius. 5.  
quando dixit, nec ad aliud faciendum per Or-  
dinarios, vel Parochos posse fieri, decernit, &  
sic